



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De persecutione & morte Aureliani imperatoris. Cap. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

secundo iam manifeste Paulus hæreticus cōfutatur, datis epistolis Dionysio, Romano pontifici, & Maximo Alexandrino, cuius hæresis & damnatio innotescit & mores. Qualiter filium dei negaret descendisse de celo, sed à Maria cœpisse assereret, & initium habuisse de terra. Qualiter etiam psalmos qui in dominum nostrum Iesum Christum dicebantur, cessare fecisset, velut neotericos, & nuper inuentos. Per semetipsum vero compositos, diebus Paschæ in medio ecclesiæ canere fecisset mulieres, quas ipse (horrendum auditu) de se instituerat. Qualiter etiam incedens per plateam, tali quadam ambitione vteretur, vt publice epistolas relegeret, atq; in auditu omnium & oculis dictaret, assistentibus sibi in platea notariis, quanquã superbe etiam tribunal in ecclesia sibi, multo altius quã fuerat, collocasset, & verbũ faciens iactaret supra modum dexteram, ac palmam femori illideret, pede quocumque subsultaret, & scabelhũ feriret, & more theatræ ab auditoribus voces clamosas & plausum expeteret. Maxime impudenter etiam mulieres secum habitare permisisset, & presbyteris & diaconis, qui eius morẽ gerebant, similem dedisset licentiam.

### Caput XI.

**I**gitur damnato & expulso ab ecclesia cū exire nollet, publica manu ex mādato Aureliani imperatoris, Domnus noie in ecclesia Antiochena succedit ep̄s. Interea malis cōsiliis deprauatus Aurelianus, persecutionẽ meditabatur n̄ os, eousq; vt scriptis literis volẽti subscribere, dextera dei interuenerit, & subscriptio nẽ deturbauerit, fulmen quoq; ante eum magno pa-



RERVM MEMO. LIB. .VII.

nore circumstantium ruerit, ac non multo post morte subita condemnatur.

AVRELIANVS regnat annis sex.

Caput XII.

**C**VI Probus succedit, cui & totidē annis consummato, Gaius cum filijs Numeriano & Carino succedit. Quibus in breui consummatis, regnat Diocletianus, sed paulo ante imperium eius Dionysius Romanus pontifex obiit.

DIONYSIVS PAPA SEDIT AN-

nis nouem. Gaius cum filijs regnat duobus annis nec integris.

Cap. XIII.

**B**Eatus quoq; qui tunc meruit rapi de mūdo, ne videret mala quæ iste Diocletianus mox intulit ecclesijs ultra q̄ credi potest. Tunc apostolatus succedit Felix, quo tempore Manes magus quidā, secundū nomen suū insaniens, Perses genere, à quo & Manichæorum hæresis, nouam sectam facit, & dogmata quædam profert, à diuersis mutuata hereticis, & nunc Christum se simulat, nunc paraclerum se nominat. Et elegit duodecim ad similitudinem Christi discipulos.

FELIX Papa fedit annis sex.

Caput XIII.

**I**Gitur Felice Papa cōsummato, Euthicianus succedit: quo in breui cōsummato, Gaius episcopus eligitur. Hic iam tempore Eusebij xv. annis sacerdotio perfunctus, Marcellum relinquit successorē, quē iam tempus persecutionis inuenit.

E. iij